BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 122r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

poculum doctrinae seu calicem passionis. siue feruorem
praecipuae dilectionis. siue ipsum spi sci perceptionem.
aut aliquid huiusmodi. Verum quotiescumq; uinum
libaminū cum carnibus offertur hostiarum / eorum pro
fecto iuxta tropologicam expositionem designat sci
monicem / quia adhuc aliquid de carnalibus concupiscen
tiis quod puritati spi aduersetur. Et quod igne sci spi
in ara cordis incendi debeat habent. perfecti autem
iusti qui dicere possunt. Defecit cor meū & caro mea.
dī cordis mei & pars mea dī in saecula. Quasi cessantib;
uictimarum libaminibus. quod ad ablicum altare & ce
riuis positum festinent. Sola intus in aureo altari aro
mata dnō desiderii caelestis offerunt. quod de remis
sione peccatorum iam securiores effecti. prodilato
solummodo regni perennis introitu lugent. dulci
busque lacrimarum fluentis stratum suum per sin
gulas noctes inrigant. De quo uidelicet altari adhuc
bene subditur. Et deprecabitur aaron super cor
nua eius semel per annum In sanguinem quod obla
tum est pro peccato. Summus namque sacerdos nr
semel in anno optulit sanguinem suum pro peccato
totius mundi. In illo uidelicet anno. de quo dicit ipse
per isaiam. quia uenerit praedicare annum dni
acceptum. Id est in toto hoc tempi quo ecclesiam